

in integrum tibi tuisque successoribus confirmaremus, sicut a beato Gregorio, Nicolao & aliis prædecessoribus nostris decretum est, in tuæ & antecessoribus tuis data sunt, & privilegiis confirmata, nos, Apostolica auctoritate tibi concedimus, & nostro privilegio confirmamus, scilicet omnia, quæ generaliter & specialiter ad eundem præfatum Archiepiscopatum pertinent, quæque tui antecessores suis laboribus adquisiverunt, vel etiam, quæ ob amorem æternæ patriæ ibi a Christi fidelibus largita sunt, vel adhuc largiuntur. Cum illis etiam, qui hoc tempore ad Christi fidem conversi sunt, procurante & protegente gratia Dei, videlicet Episcopos in omnibus gentibus Sveonum seu Danorum, Norvegiorum, Island, Scrideuinnum, Gronlandon & universarum Septentrionalium Nationum, nec non etiam in illis partibus Slavorum que sunt a flumine Pene, ad fluvium Egidore, ita, ut sub tua, tuorumque Successorum Hammaburgensis Ecclesie Archiepiscoporum maneant potestate, vel quicquid a nobis diuina fauente gratia, ab errore per fidei, siue hominum siue locorum ad religionem Christianam acquiript., tibi tuisque Successoribus perpetualiter tenendum, inviolabiliterque retinendum censemus. Et insuper decrevimus nullum Archiepiscoporum vel Coloniensium, vel alium quemlibet in tua dioecesi ullam sibi vindicare potestatem, & cœtera. Caput quoque tuum mitra, quod est insigne Romanorum, permittimus insigniri. Quod si quis huic nostræ auctoritatis privilegio contraire præsumat, anathema sit, qui vero pie observaverit gratiam & benedictionem consequatur a domino nostro Jesu Christo dat IIII. kl. nouembris per manus Leonis sancte Romane Sedis Cancellarii. Anno Domini Johannis Pape primo Indictione viiij.

15.

952 d. 2 Jan.

Påfv. AGAPETUS II:s stadfästelse för Ärke-B. ADALDAG på Hamburgs Ärke-Biskops döme, med tillstånd att bär pallium och att hafta inseende öfver Sveriges och andra Nordiska Rikens kyrkoväsende.

AGAPETUS Episcopus, Servus Servorum Dei, Reverendissimo ac Sanctissimo Adaldo Sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ, tuisque Successoribus in perpetuum. Convenit Apostolico moderamini pia religione pollutibus benevolia compassione succurrere, & poscentium animis alacri devotione imperfiri. Ex hoc enim lueri potissimum præmium apud conditorem omnium, Dominum, procul dubio promeremur, dum venerabilia loca opportune ad meliorem fuerint statum, sine dubio perducta. Igitur, quia postulatis a nobis, quatenus Archiepiscopatum Hammaburgensis Ecclesiæ totum integrum vobis confirmaremus, sicut a præcessore nostro Domino Nicolao hujus Apostolicæ

sedis decretum est, inclinati precibus Hadumari Fuldensis Abbatis, Aposto-
 lica auctoritate concedimus cum omnibus generaliter ac specialiter locis ad
 eundem præfatum vestrum Archiepiscopatum pertinentibus, scilicet omnia,
 quæ vestri antecessores suis laboribus adquisiverunt, vel etiam amore æter-
 nae Patriæ ibi Christicolarum fidelibus largita sunt, vel largiuntur, cum illis
 etiam, qui nunc, tuo tempore, divina protegente gratia, ad Christi conversi
 sunt fidem, videlicet Episcopis Danorum, Norvenorum Sueonum, nec non
 omnium Septentrionalium partium. Pallium quoque & usum ejus, in præno-
 minatis a prædicto Papa festis, habendum, tibi & omnibus successoribus tuis
 perpetuo decernimus. Deinceps vero nullum Archiepiscoporum vel Coloni-
 ensem, vel alium quemlibet in vestra diocesi ullam sibi vindicare decerni-
 mus potestatem, quinimo & ipsis & omnibus omnino suademos cultoribus
 veræ religionis, ut adjutorium & solatia vobis in omnibus administrent, qua-
 tenus pro gratia hujus beneficii plenam recipere mercedem a Domino mere-
 antur, quum omnia qua præficua Ecclesiæ probantur existere, & diuinis non
 impugnant præceptionibus efficienda & præbenda omnipotentis Dei auctori-
 tate & beatorum Apostolorum Petri ac Pauli esse non dubitamus. Et hoc
 nostro decreto decernimus secundum prænominati bonæ memoriæ Nicolai Pa-
 pæ sanctionem & Reverentissimi Regis Ludovici votum ipsas prædictas diœ-
 ceses Hammaburgensem & Bremensem non deinceps duas sed unam esse &
 vocari. Omnen quoque adversantem anathematis mucrone percutimus, per-
 petuæque ultionis reum diabolica sorte dampnamus, ut culmen Apostolicum
 more Prædecessorum nostrorum, causamque Dei pro affectu celantes ab ad-
 versis hinc inde partibus muniamus. Apostolica igitur Auctoritate Bernardo
 Episcopo Alverstedensis, Thidardo Hildenesensis Ecclesiæ & cæteris conter-
 minalibus Episcopis insuper jubemus & eos monemus, ut te in omnibus ad-
 juvent, quatenus Sacerdotale ministerium explere & animarum luera Domino
 Jesu Christo facilius acquirere valeas. Auctoritate igitur Apostolica & cen-
 sura, sub divini judicij obtestatione & anathematis interdictu statuimus, ut
 nulla persona, magna vel parua, cujuscunque ordinis aut dignitatis sit,
 omnia, quæ a nobis, vel prædecessoribus nostris Ecclesiæ tuæ & tibi conces-
 sa sunt violet. Quicunque autem mutaverit vel in aliquo violare præsumse-
 rit, nisi resipuerit, auctoritate Dei & beati Petri & nostra, qui ejus fungi-
 mur Vicariatione, perpetui anathematis vinculo sit innodatus. Qui vero cu-
 stos & observator extiterit, benedictionis gratiam & cœlestis retributionis a
 justo judice domino Deo nostro consequi mereatur. Scriptum per manum
 Azonis Notarii, Regionarii atque Scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in men-
 se Januario, Indictione VI. Datæ IIII Nonas Januarii, per manum Andreæ
 Arcarii Sanctæ Sedis Apostolicæ, in Sacratissima Sede beati Petri Apostoli in-
 dictione VI.